

Adelphorum

fo. Ci



QUARTVS ACTVS

CTHESIPHON

Syrus

A In patrem hinc abiisse rus: Sy. Iam dudum. CTE.

Dic fodes. Sy. Apud villam est. nunc autem maxime alis

quid operis facere credo. CTE. Vtinam quidem: quod cum

salute eius fiat. ita se defatigari / velim ut triduo hoc perpe-

tuo profus e lecto nequeat surgere. Sy. Ita fiat: & istoc: si

quid potis est: rectius. CTE. Ita nam hunc diem misere

nimis cupio: ut coepi: perpetuum in laticia degere. & illud

rus nulla alia causa tam male odi: nisi quia prope est. q. si

abesset longius: prius nox oppressisset illic: q. huc reverti

posset iterum. nunc vbi me illic videbit: iam huc recurret /

fat scio. rogabit me / vbi fuerim: quem ego hodie toto no

vidi die. quid dicam: Sy. Nihil ne in mente est: CTE. Nu

In hac scena. XIII.

timiditas boni adolescentuli & venisse ad peccatum ex delicti conscientia & reuerentia parentis apparet ut est mos verorum patrum circa filios Syro Demea describente. Sicut hic adolescentus reuerentia in patrem ostendit timetis ne factum suum a patre Demea deprehendat & tandem in iram pater exaratus prumpat. a. An patre hic abiisse rus. Compedito ostenditur quod sit iam locutus syrus. b. Nunc autem maxime aliquid operis facere. Vide quod si verbosus syri esse de opere loqui. sic enim dicit & Demea sed illud falso hoc ferio. c. Vtinam quidem. Apud villam subaudientem & distinguendum antequam inferat quod sequitur. d. Quod cum salute eius fiat. Hoc est non odisse patrem sed tamen timere ex proprio delicto. feruat enim in eo & amor filii & amoris effectus.

e. Ut triduo hoc perpetuo. Quatum sufficit amatori tamen non oportet perpetuo dicere si triduum dixisset. f. Eristo si quid potis est rectius. Deest ad di. Nam si morte significaret non conveniret adolescentem ita dicere. Videtur plus temporis operasse languori.

potis est capiendum est simpliciter potest. alioquin potest fore dicendum cum procedat substantivum neutrum nisi ponatur genus pro genere. sicut in archetelis cuiusmodi est. Triste lupus stabulis anser foeta.

h. Nam hunc diem misere nimis. Moria. f. & ad huc aduersus se feruere debet dicere ne indecorum adolescentis pro se sit hec ita dixisse quis eiusmodi adolescentem inducat comici. ut Neutus in triballo deos quo se adiuvet patre & matre meas.

i. Misere nimis. Nimis habundat more comitorum quod hoc dicto asseveratione inculcabant.

k. Cupio: ut coepi. p. p. u. i. d. Qui & supra ita quoque bene successit hylarum. l. Et illud rus nulla alia causa tam male odi. Mire ostendit omnia ex delictis in prauum verum. adeo ut miseram putet adolescentem suburbanam villam qua re ceeri delectatur. Illud ergo tanquam cum delectatione dixit & male & nimis misere. Nam nimium & malum miserum quod est secundum illam sententiam. Ne quid nimis.

m. Quod si abesset longius. Amori magis quam rei consulit adolescentem. n. Iam huc recurret. Mire de se recurrit dixit ut eius instantiam demum suaret.